

De oudste particuliere oorkonden van Werden (Ed. Blok) Nr. 29

Tradidi ego Raadald in elimosinam meam ad ecclesiam, quam Liudgerus abba in UUitmundi conlocavit, omnem partem modice hereditatis mee, id est et in Helmissi et in UUitmundi; quicquid ibi habere visus sum tam in terra quam in silva cum omni integritate tradidi ad supradictam ecclesiam, traditumque in perpetuum esse volo et numquam ulterius inmutari. Signum Meginungi. Signum UUalda. Signum Gerbaldi. Signum Bosuc. Signum UUberbert. Signum Atalgot, Signum Alfgrim. Signum Frithuuuardi presbiteri.